

familia mea

haec est fabula amoris. haec est fabula familiae. haec est fabula mea. matrem et patrem habeo et quoque fratrem et sorores. sed cum rege et regina habito. regina mater mea non est. rex pater meus non est. soleo esse solus iam quod homines me timent. homines putant me saevum esse. sed saevus non sum. sum ferox. sum fortis. sed non sum saevus.

familiam magnam habeo. mater mea, quae Echidna vocatur, est mater bona. ea est pars draconis et pars serpentis et pars feminae. eam amo! quoque patrem habeo. pater meus, qui Typhoeus vocatur, est gigans! est vir sed quoque est serpens. multos capillos pater habet! non soleo patrem videre, sed eum amo.

habeo duo sorores, quae Hydra et Chimera vocantur. Hydra est serpens et novem capita habet! altera soror mea Chimera vocatur. multas partes corporis habet Chimera. habet corpus leonis et caudam serpentis. quoque habet duo capita: una est caput leonis et alterum est caput caprae². sorores amo. frater meus, qui Orthrus vocatur, et ego sumus custodes. Orthrus duo capita habet, ego tres. ego regnum custodio, frater vaccas. fratrem amo.

familiam totum amo, sed homines familiam non amant. homines matrem vocant "mater monstrorum". hoc nomen mihi non placet. caniculus³ cum familia habitabam in spelunca, sed non iam. iam mater mea mortua est. quod "mater monstrorum" vocatur, homo matrem cecidit. pater meus mortuus non est, sed iam sub vulcano habitat. Iuppiter, rex saevus, patrem sub vulcano posuit⁴. numquam patrem video.

est unus homo, quem valde odi⁵. hic homo est homo saevus... etiam saevissimus! hic homo vocatur "heroes", sed non est. primum, hic homo sororem Hydram cecidit. quaerebat Hydram ut eam caederet! tum fratrem quaerebat. hic vir saevus quoque fratrem Orthrum cecidit. vir saevus vaccas habere volebat, sed frater erat custos. et iam hic vir me quaerebat. nolo perire. non soleo sine familia esse. quid agam?

¹ putant - they think

² caprae - of a goat

³ caniculus - as a small pup

⁴ posuit - put

⁵ odi - I hate